

## Aduertencias para

rint, quod sint ad Sedem Apostolicam merito  
remitendi, & ne s̄pē indubium reuocetur,  
qui sint ad sedem prædictam destinandi, de-  
clarationem in ea parte per fsl. rec. Sixtum  
Papam. 4. in Bulla quam Maremagnum vo-  
cant, factam confirmat. Hæc Bulla habetur au-  
thentica apud patres lesuitas.

¶ Circa hanc concessionem & alias eiusmo  
di duo aduertenda sunt. Primum q̄ Maremag-  
num dicitur, & est vna Compilatio multorum  
priuilegiorum ibi mixtim, confusèq; conten-  
torum. quod Maremagnum seu compilatio-  
nem priuilegiorum fecerunt diuersi Summi  
Pontifices, pro diuersis religionibus, & pro  
diuerfis temporibus, colligendo priuilegia  
prædecessorum, & addendo sua. Vnde Sixtus  
4. Pōti fex maximus pro sua in Ordines Mē  
dicantes maxima deuotione, & benignitate  
Apostolica fecit Maremagnum Ordinis Pre-  
dicatorum, quod incipit, In nomine Dñi. &  
habetur in libro cui titulus, Monumenta Or-  
dinis in. 2. impressione fo. 135. & in alia. fo.  
235. & in Supplemento fo. 131. Idem fecit Ma-  
remagnum Augustiniensiū, quod habetur in  
dicto lib. Monum. Ord. 131. fo. 132. & in a-  
lia impressione fo. 243. & incipit. Dum fru-  
etus